impetuoſum, qui navim raptavit & rotavit, ut jam jam peritura videretur.

18. Ὑπέρογκος) prætumidus, immenſus, faſtuoſus, ὄγκος, acervus, maſſa, it. faſtus, tumor.

19. Ἡττᾶσθαι vini, minorem vel inferiorem reddi.

20. Εἰ) poſtquam.

22. Ἐξέραμα) & ἐξέρασμα vomitus. Ἐξερᾶν projicere, ejicere, propriè è terrâ. Ἔρα, terra.

22. Κύλισμα βορβόρου) volutabrum ſtercoris, cæni vel luti.

Cap. III.

Verſ. 1.

Ἐν ὑπομνήσει) cum admonitione vel commonefactione.

2. Τῆς τῶν ἀποςόλων ἡμῶν ἐντολῆς τοῦ Κυρίου) Nomen hic regitur à duplici Genitivo. Prior refert cauſam minus principalem ſive inſtrumentalem promulgandi hujus præcepti, poſterior cauſam principalem.

3. Πρῶτον) inprimis, præſertim.

4. Ἀφ᾽ ἧς) ex quo. Fœmin. pro Neutro, per Hebraismum.

5. Αὐτοὺς τοῦτο θέλοντας) illos, qui ità ſentiunt.

7. *Qui autem nunc ſunt cœli & terra*, *verbo* (Dei) *aſſervati exiſtunt*, (quo minus intereant, interim tamen) *igni reſervati ſunt ad* (gegen) *diem judicii.*

10. Ῥοιζηδὸν) cum magno impetu & ſtridore, procellæ in morem. Ῥοῖζος, ὁ καὶ ἡ, ſtridor, impetus cum ſtridore. Ῥοιζεῖν, ſibilare cum ſtridore.

10. Καὶ γῆ τὰ ἐν αὐτῇ ἔργα) pro τὰ ἔργα ἐν τῇ γῇ, per Hebraismum: והארץ המעשים (מעללים) בה

11. *Quantos* (quales) *vos eſſe decet, in ſanctis converſationibus*, (Handlung- und Verkehrungen) *& piis operibus?*

12. *Utpote expectantes*, *imò accelerantes* (veſtris precibus) *adventum Dominicæ diei*, δι᾽ ἣν circa quam &c.

12. Τήκεσθαι) liquefieri, tabefieri. Τήκειν, liquefacere, macerare, mollire, proprie inſtar ceræ, quæ liquefit à calore.

16. Quemadmodum etiam in omnibus Epiſtolis, ſi quando loquitur in illis, his de rebus, ſcil. de longanimitate Dei e. g. Rom. 2, 4. &c. ſcil. vobis ſcripſit & in memoriam revocavit.

16. Ἐν